

vulnerentur: vulnerandi sunt pro peccatis, ut saluti restituantur. Medela sanè gravis, si eminet in curatione deformitas cicatricis: & expellenda vel vulnere culpa; verum sine infamia nota: igitur iris est subditis aberrantes punire, sed nefas criminibus infamare; Hoc opus est Principis; sed aliter officium Cœlestis. Cuncta in privavum splendorem restituit, ubi sanator accedit. Ille, etsi medicatur vulnere cum honesta cicatrice; manet cicatrix, quanvis inurat honestè: hic apponit penitentiam medicamen, abstergens omnino crimen: & ut impetret singulare remedium, dum infixus videbatur sagittis criminum; Deo dixit Pfaltes penitens, tibi, foli que peccavitetem sine cicatrice cordibus penitentibus mederi, Tibi soli.

11 Accedere cogitat ad patrem Prodigus in se reversus. Cum autem à longe esset, vidit illum pater ipseus. Acuitate celebrata accipitris præstant lumina pietatis. *Miseri cordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Nunquam exspicit gressus misericordie (quæ vidit illum, antequam accederet) igitur si vel ipsa celeritate offendit; super collum dilecti libitò cadit. Desiderat profectò misericordia huiusmodi lapsum; dum agnoscit ut filium tot criminibus divitiarum prodigum. Super collum cadit: idest, amplectitur & osculatur. Aprius caderent flagella, quam oscula: & offensus confert gratiam, dum illum provocat iniquitas ad vindictam; ut ostendat, nolle mortem delinquentis, sed duntaxat conversionem peccatoris. *Cecidit super collum eius.* Comitas tanta exprimitur benevolentia & custodia. Quos amplectimur, complectimur: & pater Prodigus artè complexus, & clementer exhibet; quia suspicatur, ut avolet. Haud iterat amplexus cogitatio lenis: inchoatum peragat prudentia patris; ne lividus hostis cum videret amissam, extensione lacertorum raperet prædam. Amplectitur: ut amplexu experiatur, in quas graves manus incideret, nisi penitudo ad patrem suaviter duceret. Accurrens amplectitur. Citius adest, quam à Prodigus invocatur: siquidem dum ille percussus dolore cordis accedit; pater misericors obvius manibus accurrit: imò filio dignandò præcurrit, ut quacitissimè accederet.

12 Amplectitur. Ceterum quare? *Ne filio cicatricem relinquat*, dicit Chrylogus *Serm. 3.* Quid interest, inesse, vel abesse vulneris cicatricem; dummodò faucibus recuperet sanitatem? Excellentia prorsus medicaminis cœlestis; quod concinnat vulneratis artificium penitudinis. Mentis & cordis integritatem, magis quam corporis paterna

Luc. 15. 20.

Deni penitenti non adhibet flagella, sed oscula.

Pietas diuina cõpõlla penitudinis accurrit.

Imò præcurrit.

Chryl.

intenderat pietas; cum vidit filium, quem turpiter deformaverat iniquitas. Si vires reciperet lætus, remanente cicatrice; haud mederetur pharmacum penitentia: & pater erga filium exquisivit nobilem penitentia medicinam, ut tanti flagitij nec viderent notam. Laborat pater, *Ne filio cicatricem relinquat.* Prudenter cogitat: ne alij sciant, quòd ipse conniver; & libenter indulget. Ne inflametur, dem sanatur. Ne informet seruum, cuius penituit & filium. Haud remanebit cicatrix vulneris, nec in minima portione sauciati cordis; quia minimè salus indicabitur penitentia; sed physica medicina: quandoquidem ubi respiscencia confert medicum manum; non remanet ulceribus vel levissimum indicium.

13 Accessit stimulo errati impulsa, ac doloris vulnere intimè percita (inveniens proprijs in fontibus ignes, ut tergeret & ambureret superfluas cogitationes) recumbenti Medico mulier peccatrix. Obsequia in Salvatore meditanter ordinat, eidem quibus instrumentis offenderat; ne minus serviret amori, quam cesserat vanitati: & plus demonstrationis fidei elicitur videretur sagitta profani; quam spicula Divini. Nobile profectò facinus! Si non errasset, fecerat illa minus. Contemplabatur mundiolus & repumicatus Phariseus (qui invitaverat Medicum) ministerium peccatricis importunum: quasi in supremo Deitatis templo, tetum cupidinis non penderet in vaeno; & Solem macula laderet, vel cælum ulla sagitta feriret. Sic enim cogitat: *Hic si esset Propheta, sciret utique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum; quia peccatrix est.* O Pharisee invictor & irrisor! Unde scis, Dominum necesse mulierem? Quia peccatrix? Agnosce peccatrix astutians generosam utrunque pietatem; dum vel offensus recipit, & libenter peccatricem. Scit quæ sit, & tu nescis. Scit peccatricem fuisse, verum ignoras penitentem esse. Honestius ergo cogita. Non est illa: etenim penitentia & compunctione cordis, ingeniosè cogitans, fecit infecta de factis. Exinanivit semetipsam eversa cogitatione; & facies ita mutata respiscencia floridissima specie; ut mirum esset agnosere mulieris vultum, cum non remaneret nec qualitatibus indicium: imò ut floreret penitentia perpetuò vitæ; hæc (intende) non est illa, quæ fuerat in civitate peccatrix.

14 At quomòdò non est illa, quæ fuerat? Quia non qualis fuerat; Medicus considerabat. Expulit conversione ultrix prævaricationum penitentia, quicquid intruderat aversione noxa: & benè noverat singularis me-

Non remanet cicatrix, sed sceleris, dum adhibetur pharmacum penitudinis

Magdalena penitentia singularis

Luc. 7. 39.

Quam nobilis diuina cõmentialis

Non est quæ fuerat Magdalenc.

Nec vestigium peccati remanserat.

Caus. Quis effectus Arca lovit

Matth. 26. 6.

Nec umbra.

Luc. 7. 37. 38. 2.

Vel minima nota.

medicus qualitatem; cum ibi videret peccatricem penitentem. Nigra fuit, sed est formosa: decoloravit faciem respiscencia, & ita maculas dedit splendore doloris; ut vestigium nullum remaneret cicatricis.

Ad aram Iovis Lycaei, qui vel fortuito accesserit (alij dicunt *Iovis aram*) vel ex proposito; qui dudum heteroscius, fit illud afcius: idest, sine umbra, sicut usuvenit habitantibus in torrida Zona. Sic inquit Nicolaus Caslin. lib. 1. (ex Pausan. in *Arca-dicis*) *Symb. 70.* Hoc templum invenit penitudo Magdalena; cum pueta angore intimo, accessit Iovi Medico Servatori. Sequitur macula criminis animi vulnus, non aliter quam umbra sequitur corpus: & ita lucidam reddidit animam contritione, quam denigratam fecerat voluptate; ut iniquita exacte macula criminis, nec umbram index inveniret sceleris.

15 Perpende. Simon dicitur leprosus, & *Matth. 26. 6. & Marc. 14. 3.* quia fuerat leprosus, etsi sanus, & à Christo; ut placer aliquibus, Bedæ nempe, Augustino, Maldon. & Cornel. Alap. hic. Cognomen igitur, licet expers, traxit à morbo. Cur ergo factum est, quod cogitat de muliere Phariseus: *Quia peccatrix est*, si fuit? Simon citius sanatus à Christo, retinet in cognomine vestigium infirmitatis: quare ergo Magdalena, est à Christo medicata, umbra notatur immunis? Differentia causam nota. Simonem leprosum à contagio vindicavit medicina: Magdalenam verò vulneratam, salvam fecit penitentia: non remanet nec memoria præterita infirmitatis; cui adhæret intimè pharmacum mirabile contritionis. Altius medicatur respiscencia, siquidem illuminat mentem; quam ars relinquens vel in experte differimnis cicatricem: & peperam invenitur in Magdalena nota; cum non remaneat vel cicatricis umbra. Nomen etiam abolevit, dum cor se præfata, penitudine pupugit. Importunè investigabitur vita antea, vel nominis leve indicium; si penitentia quicquid illa commisit, prætermisit infectam. Accessit penitens ad Salvatoris aram, & vel graviorum criminum tetulit penitus umbram.

16 Contextum observa. Hic dicitur dicumbente Medico: *Eccc mulier, quæ erat in civitate peccatrix.* Capite autem sequenti inter obsequentes Salvatoris nominat Lucas Mariam, *Quæ vocatur Magdalene.* Quomodo nunc inferibitur Magdalene, & pridem peccatrix mulier? Ut cognoscatur rutila penitentia claritas, & Magdalena immaculata puritas; aptius videretur proficere mulierem,

quæ fuerat in civitate peccatrix, sequi Medicum & Salvatorem. Minime, Peperam diceatur, quæ non fuerat: absurde esset peccatrix, quæ non deliquerat. Penitentia itaque facit infecta de factis; & in penitente non vifa, nec umbra sceleris. Quid mirum, quòd peccus pertusis crebris ictibus esset lucidum totum; non habens penitudinem aliquam partem sceleris tenebrarum? Erat dudum peccatrix, sed modò non fuerat; igitur nitro contritionis navum cluerat. Haud rectè umbra signabitur à circumspicientibus Magdalena; cum non reliquerit noxa in vulnere cicatricem. In curatione cæci nati exhibetur nobile exemplum. Lutum igitur medicamen apponitur, sed etiam ipsum medicamen abluitur.

Ioann. 9. 7.

DIDASCALIA VII.

Quam contempta res est homo, nisi supra humana se erexerit!

1 **S** I Stoicus Cordub. *Præf. in lib. Natur. Quæst.* Ergo est aliquid supra, quòd cogitationes tendant. Nisi ad hæc admitteret, non fuerat operæ pretium nesci (infit idem ibid.) quid enim erat, cur in numero viventium me postum esse gaudeam? Detrahè hoc inestimabile bonum: non est vita tanti, ut sudem, & æstuem. Ducimur enim illecebris, quas fallaces signamus & amplectimur. Non ducimur, quo ducimur; licet prætermissione compungamur. Non ducimur, quia non videmus; sed quia nolumus. Aptè mare confertur humana corda; in actas expelli extinctorum cadavera. Cadaver igitur speculum exhibetur claudis humane perpetuò expofite cuique: luctus, itaque dolor, atque mors opinata, vel inopinata, non solum iudicatur nature supplicia, sed vivendi tributa. Cadaver speculum est fragilitatis inconstantis, qua constat homo; & lubricæ undecumque felicitatis imago. Ictus est suavis, quo excitatur sopitum lumen rationis, & aniam præbens respiscencia mentis: ac mari assimilatur hominum peccata, quia licet instanter admonescant cadavera, etiam dum propalam obtatibus insunt; monita & exempla in litus larum oblivionis expellant. Interponitur igitur (dum sepeliuntur) studiosè velamen terram, ne pullent crebris monitionibus semisopitam memoriam. Nec potitur homo oblivione, cum

Seneca.

Mare symboli humani cordis.

cum recondit; nec fugit excitamen, dum artificiosè refugitatem cum pelisit; ut illicò respiscat, ipsa cadavera terra levis deformiora demonstret. De limo studiosè constructur fabrica hominis, quæ quidem summum opus artificis. Limus quantumvis affabilis perpolitur, limus cognoscitur. Fragilis est, depectui obvisus: & structura mificæ adiungitur materia limus; ut quam vilis sit, cognoscat, nisi supra limum semetipsum cogitationibus erigat. Iccirò dum constituitur, in faciem ab Auctore hominis inspiratur. Animalia spectant cætera terram: natus est homo ad gloriam: & minime quæret cælum, si non sapit, quæ sunt sursum.

2 Heu! Unde ille hominis fastus? De limo, & inflatur: Pappiloni enim, seu vanitati homo similis factus est. Ab iride videtur usurpasse colores: igitur insigni candore, auri stellis, & argenti punctis coruscante florida colorum temperie, flos splendidi pennis volans, oculos fascians, in aère circumspicitur pappiloni. Extrema (dices) obtritus pulchritudo! Verùm si accedit manus, vel tactus levis; nil aliud est quam analecta pulveris. Amuletum est igitur tactus, ne iterum dolis obtritus aspectus. Nosce te ipsum: in indus naturam pappilonis, cum in te philauriam suggerit cogitatio venustatis. O mortio pappilo! O vanitatis incognita fascinatio! Si verè tangeres hominem; animatum invenires, ceterum pulverem. Homo à multis vocatur pila fortunæ, imago inconstantiæ, fensitivum cadaver, spoliolum temporis, speculum corruptionis, viva mors, contumelia fortis, umbra tenuis, animatum sepulchrum, nancipium Parearum, sermionum dolorum, ferculum vermium, exul in patria, vanitatis officina, mutationis schola, simulachrum fictum & verum, lusus cogitationum, omnia simul, & nihilum omnia. Vide alia, Sapient. 5.9. & sequent. Augustin. in Sententijs. sent. ultima, ac Innocentium III. de Vititate homin. Nihil mirum. Nec te quaeris extra: si ventus est vita, nimia levitate fulcitur: igitur ipsa conservatione teritur. Si ventus, ergo flatus: quomodo ergo consistet, quod flatus constituit? Spiramen est: si stat, non flabit: lubricè nitescit: perperam gloriaris vitæ, cuius instabilitas est fimsissima constantia. Quavis attollaris, te hominem iudica: & hominem, cuius halitus suffocabilis; cuius longior vita, brevis; cuius esse momentum, spectum corpus; quod scopus fortunæ, ac fomenta miseris; cuius fulgor vilgetrum, evanesceus in aère antequam visum: cuius gaudium tristitia, cuius risus phantasma; cu-

Geni 2: 7. Fomes hu militatis materia hominis.

Pappiloni confertur homo.

Homo quid?

Qualis fragilitas eius?

ius dolores veri, falsæ delicia; & illi quia stabiles, & hæ quia breviores: cuius fortuna vitrea; igitur dum splendet, protinus frangitur: cuius lumen lugubre; siquidem quo nitescit, extinguatur: securitas discrimen, beatitudo cruciamentum, principium vanitatis, & finis amarus; quia decretum larum, sed ubi, ac quando non notum. Imò ne rimula exultationi penititudinis relinquatur; in cadaver foetidissimum convertetur: ac ut de malis in peiora ruat, & spes mutationis vanitatem non ingerat, quin potius quatit verberè respicientiæ, vanitatem; ipsum cadaver converteretur in pulverem. Hoc est homo.

3 Fons mutatur in Solem, gratam speciosam significans Reginam Elisherem. Secus in mundo propalam patet metamorphoseon scena veratilis. Qui, vel quæ Solis instar fulserunt, convertuntur in fontes: igitur præclara lumina, quæ Solis rutili sparsere claritatem; lugent fontes deplorantes evandam pulchritudinem. Quod oblituit, ad oculum in lachrymas evanescit. Manent etiam lumina sine lumine. Quæ preciosa margaritæ, exhibentur ut lachrymæ? Vicissitudo crebra: ut discant (quæ gloriantur pulchritudine fatæ, vecordes & insipientes) Solis spicula & lucidissimos radios in idu oculi convertendos in rivulos. In Hieroglyphicorum unoquoque rutilat respicientiæ: ne gloriatur fragilis humana natura: si instat fontis, & præceps ruit in maris sepulchrum: nisi Solis instat, quotidie agnoscat occasum. Hain in Hebraico idiomate significat linguam, oculum, & fontem: vide Franciscum Georg. in Harmonia Cantic. 1. cap. 34. & Cantic. 3. cap. 8. Optinè coherant voces; ut respiscant fœmina de amore elegantis venustatis: igitur oculus apex luminum, in fontem brevi convertitur lachrymarum: & addit significatio dicacis linguæ; ne documentum eiciatur à cordet quandoquidem nullum efficacius, quam videre lumina, queis inerat perspicuitas; oculos fontes, deducentes lachrymas.

Oculus signa fuisse mortis & vitæ, apud omnes inconculsum: verum cum discrimine positionum. Per adaperitum oculum vitam, per elatum mortem signari contendit Plerius Valerian. Hieroglyph. lib. 33. cap. 13. Ideo Solem in auri, pro vivere apud Poetas; & pro mori Lumina claudis. Latè illustrabimus Tom. 2. Tautolog. 9. in Exposit. lit. num. 14. Ingeniosum profudè emblemata: igitur si homo in lubrica & ludicra vita nititur; miserimè & lachrymabiliter fallitur: evanescit itaque respirationum regulæ dum aperiantur & clauduntur lumina. Ineptè levitate fertur ventosus homo; cuius ductus à levi rapitur

Eth. 10. 6.

Sol fons luminis in fontem convertitur lachrymarum.

Francis. Georg. Sol, & fons in auro habet mentem frigiditatis.

Pier. Valer.

Oculi signa vitæ & mortis.

ven-

vento, & proripitur oculis oculi nictu. Decipit nos huiusmodi imago transitoria, infatuat cogitatio momentanea, fascinat figura mundi (quæ præterit) eludit bractæata formido, (quæ crepitaculis transit) spectaculum comitum lascivæ, tragicumque superbæ; & bassifcus, qui blanditur & pungit à cauda; livida alpis, quæ subdole somnum, obitumque conciliat; denique Stello, qui venenum & delictum, inter ipsa fulgebra propinans poculum: & lumina clausa, ac patefacta exhibentur in corpore emblematis, tanquam signa & gnomones vitæ & mortis; quippe ni oculi felicitatis aperiantur, ipsis præstigijs delictosè morimur.

Innoc. Psa. hominis naufragium.

Sap. 5. 10.

Javen.

4 Vita naufragium est, ait Innocentius III. ubi supra. Haud dissonum simile. Naufragium est: minime halitum confert naviculanti in pelago licet telluris, ubi homo remigat anxius in cymba corporis; licet molestiæ frequentiores navitæ succite videantur arumnarum expressioni; sed vitam vocat & aptissime naufragium; quia semper inest naviganti periculum. Navi igitur à Sapiente assimilatur hominis vita. Non abire. Crebro fluctuat vel in portu: quid in pelago? Sic ergo cor in pectore fluctibus sollicitudinum quatitur; & assidue in mari magno acerbiterum conuectur. Imminent enim navitæ Syrtis, Euripi, remora: in tranquillitate, quia nihil agitur in procella, quia submergitur. Audi Iuven. Satyr. 12. N. 57.

Inne & ventis animam committit, dolato Confusus ligno, digitis à morte remotus Quatuor aut septem, si sit laissima tæda. Horat. vide lib. 1. Carm. Od. 1. & lib. 2. Od. 10. Erasim. Roterod. in Apophthegm. lib. 7. num. 7. de Anacharside. Huiusmodi angores uluveniunt in navigio: periores sunt in naufragio; & naufragio vigilanter confertur vita, dum somus in terra; quia licet quasi expertes periculorum gloriemur, acerbiterum fluctibus suffocamur. Laboramus utrius in remigando; & ita (ubi non est substantia) infingimur in glutinoso limo: ut transeat aque ore tenus, ut vivat simul & moriatur spiritus. Quails ergo eligenda conditio, dum in singulis optatis cruciatur homo? Audi Aufonium disertissime folioquentem Edyl. 15. Quod vitæ seltabor iter? si plena tumultu Sunt fora: si curis domus auxia; si peregrinos Cura domus sequitur, mercatè si nova semper

Homini humana.

Damna manent: cessare vetat si turpis egestas. Si vexat labor agricolam, mare naufragus horror Infamat: pœnaque graves in calibe vitæ; Et gravior caulis custodia vana maritis.

Tom. 1. aut.

Sanguineum si Martis usus: si turpia lucra Fœneris, & velox inopes usura trucidat: Omne ævum cura: cunctis sua displicet ætas. Sensus abest parvis lætentibus: & puerorum Dura rudimèta, & iuvenum temeraria pubes, Afflicta fortuna viros per bella, per aquor, Iras, insidiasque, catenat osque labores, Mutandas semper gravioribus.

Et subinde (ni sententias esunderet, carminum sila secarem) loquitur rolas, Dissidet ambiguis semper mens obvia votis, Nec voluisse homini sat est: optata recusat. Esse in honore placet, mox panitet; & dormi-

Ut possint, servare volunt. Idem auctus honore Invidia obicitur. Per nox est cura disertis; Sed rudis ornata vite caret. Ego patronus, Et defende reos: sed gratia vana clientis. Ego cliens: gravis imperij persona patroni. Exercent hunc vota patrum: mox aspera cuncti Sollicitudo sebit. Contemnitur orba senectus, Et captatoris præda est, hæredis egenus. Vitam parvus agas: avidi laer abere famas Et largitorum gravioribus censura notabit. Cuncta tibi adversis contraria castibus. Ergo Optima Gratorum sententia: quippe homini (aiunt)

Non nasci esse bonum, natum aut citò morte potiri.

5 Quis me liberabit de corpore mortis huius: Exclamat curis agitur Doctor Gentium: infelicem se retur. Infelix ego homo, inquit. Phrasis inauidita! Sed emphasis ingeniosa. De corpore mortis? De morte corporis, fluat; ne amaritudinem disinnctionis sentiat: de corpore mortis, quod est phantasia ficticia? Naviter desine miserabilem & caducam vitam, tot acerbiterum plenam. Perpende. In laboribus plurimis (ait) in cæcibus abundantius, in plagis supramodum, in mortibus frequenter: in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Ubique pericula? Quis me intelicem liberabit non de corporis morte, quæ semel accidit; sed de corpore mortis, quod usquequæque contingit: siquidem melius erat non nasci, quam pro momentis sine morte perire.

Pro Momentis. Obierva: In mortibus frequenter. Mortibus Statutum est heninibus semel mori. Haud iterum extorquetur, quod semel solvitur. Utique verum constantia vitæ fit cruciatus vehementior, & pœna et periculis productior: minimeque dicit in

Ambiguitas exercitii.

Rom. 7. 24.

2. Cor. 11. 23.

Disordinata vitæ.

V. 23.

De

De

Vita erumpens non vi...

Duplex mors.

Nulla crudelior quam respiratio...

1. Cor. 15. 31.

Conditio miseris mors quotidiana.

Francisc. Georg.

Vita perpetuus dolor.

morte, sed in moribus frequenter; quia crebro deficit vita in doloribus; & anni transeunt in aspidatis gemitibus. Non diu permittitur est vivere, sed tande in mortis amaritudine mori. Quicumque morti addicitur, in vita moritur. Habet mors & exitum quietis, & poenam transmirationis. Pauluni morti cruciatus asperitas deovebat: vita in mortis molestia continuo stabat: exponebatur frequenter mortis istibus; & apte, non dicitur morti, sed mortibus: siquidem quod iudicabatur halitus suffocamen, inveniebat acerbe respiracionem.

Mors corporis, quia ultimum malum, est malorum ultimum. Corpus mortis respiracionem & interitum decipit; quia cum consummaverit homo, tunc incipit; igitur nolenti vitam, eveniet subito, & volente mortem, clongabitur ab eo. Articulis neutrorum infelicissimus cunctis: & Paulus optat libertatem infelix a corpore mortis; quoniam nulla fors avarior in homine, quam respiracione mori, & obitu respirare.

6 Quotidie morior: ait idem. Quotidie? Quotidie naufragor, dum vita fungor. Dicit Paulus, quotidie pati; non mori quotidie. Haud discernit infelix inter utrumque: quippe idem est, pati vite molestiam; ac incessanter sine molestia doloribus agere animam. Si fortuna iuvat, cavet extolli; si adversatur, cavet mergi. In cunctis invenit pericula & pericula omnia. Haudquaquam vocetur huiusmodi vita vita, sed vita miseria: etenim vivere viva morte, dolorum acerbitate; perperam vocabitur hominis viventis fortunium, sed infelicis naufragium. Naufragium, ubi morte quotidie vitam amittit, & ut rursus moriatur, halitum retinet.

Huius in Hebraeo significat vitam, inquit Francisc. Georg. ubi supra Cant. 3. tom. 5. cap. 1. Dialecto nostra non vitam, sed vite molestiam. Aequivoca prallant voces, ceterum non difcolores proprietates: quippequam vita vel in homine fausto, est frequens animi punctio. Crebrum est prob, hei, heu, hem, ah, quod negotium facessit, & ipsa vita vivere non indulget. Oritur infans: ac in grabato nuda telluris actutum expiraret; ni hominem adutum haberet. Patitur, sed non cognoscit. Infelicitas sanequam maxima, ubi pro obsequio exhibetur intellectiois absentia: sed bene pravisum, ut iter ageret; igitur si cognosceret, periret. Dum emergit ratio, & constituitur homo; insurgunt ceteravim fluctus cogitationum, quibus merguntur pectora rationalium. Gaudium nunquam plenum, voluptas ingrata, hilaritas iniquanda. Nonnunquam medio de

fonte leporum surgit amari aliquid: sine felle tanquam pipere, conditum nihil. Si pauper, despicitur, si dives vel in quiete terrestris, pro sponsa occurrit furia, pro sponsa Satana, suspecta detegitur anicorum familiaritatis; & dolosa urbanitatis fuce resplendet comitas: morbi premunt, icibus fragunt, incutia concutitur: quid est hoc, infelix homo? Naufragari in orbis pelago, ubi rari apparent nantes in gurgite vasto. Hoc est vitalis aurae subsidium? Apertius signatur naufragium, quod luctatur cum morte fragilitas lutea, & obruitur halitus in vite tabula fracta.

Apud aliquas nationes, ut videri est in Officina Textor. lib. 7. cap. 48. mos innovit, seniores & gravatos habituati nonnulla a gritudine a filiis etiam deoveri mortis; quae praestantur, si celerior. His qui diligunt, placet quod oderunt. Placet. Non est vivere, sed valere vita: ait Martialis lib. 6. Epig. 70. Non est annos consumere, sed agere in voluptate: & chariores familiaribus adhibere quasi obsequium, mortis violenta amarissimum poculum; igitur suavis videbatur dicari morti, quam poenis exitialibus mori quotidie.

7 Plus est homo in sententiam mortis, cibo medicato callidioris serpentis. Sententia est. Ergo reatus supplicium. Nullo modo, sed suave pietatis vuleris medicamentum. Ita Rupertus lib. 3. in Genesi, cap. 24. Hinc Chrysol. hic: Si dixit, In labore comedas; est ergo sententia mitigatio, Moriturus. Apparet in exacta muneris ratione severitas; & revera acerbitas est summa charitas. Caritas expulso vite? Homines mori? Sane, Mors omnium dolorum finis, & solutio, & ultra quam mala corporis non excurit. Si extenderetur in longissimos annos vita misera; pariter in longum protraheretur & poena: & mortis amaritudo dicitur charitatis beneficium, laboris accipium, & medicamentum acerbitatis; ne homo perpetuus huius vite cruciaretur atumnis; quandoquidem in temporis brevi momento, tot lassitudinem levatur incommodo. Quid mirum, quod dissolvit cuperet Paulus, foris & intus amarissime oppressus?

Avertit se homo & non servavit pactum; unde prolapsus est in mirum interitum. Animi advertit insidia, & ruina compatitur divina clementia: igitur expulso Adamo, ante paradisum collocavit Cherubim, & flammam gladium. Intuitum observa. Ne forte sumat de ligno vite, & comedat, & vivat in aeternum. Tantummodo praecaverit dispendium audacia; ut colludatur via ligni vite? Qui etiam offensus dulcissimam ostentat

Ioanni Text. Suavia videtur mori, quae vix vix te quotidie. Mart.

Genesi 19.

Ruperti Chrysol. Mori maledictum remedium, & homini beneficium.

Genesi 22.

Miseri cordia in figne remio ab occasione peccati.

Diuturna vita produciatur parva.

Mori natura peregrinatio invenit.

Philos.

Vita nisi diuturna mors.

Genesi 22. 17.

vat misericordiam, renovat decreto singulari vindictam? Ne sumat de ligno vite. Quid ergo de ligno scientiae? Novum sane videtur, praetermittere periculum accedendi iterum ligno scientiae boni & mali; & enixim incumbere, ne gustet de ligno vite: siquidem removere a praevicatore occasionem geminandi peccatum, arbitratu lenitatis speciale, & multiplex beneficium. Sit hoc, ceterum depellere ab arbore vite, iudicabitur clementia, cum possit fructuum nobilitate levare, & conservari miserabilis vita? Et summa. Quia hominem tanti aestimat, in aditum obstat. Exulem a paradiso mittit, quia infelicem agnoscit. Licet vita brevis, catena molestiarum censeatur gravis. Prolongatione infelicissima vite prorogaretur & poena. Patet iam obstrigillatio aditus clementiae singularissimae favor; nec homo longiori vita vitam agat infelicio.

Contextus exprimit. Ne sumat etiam de ligno vite, ait. Recole Etiam. Obliit Cherub, cui misit manum in arborem scientiae; ne sumat etiam de ligno vite. Obliit & valide, ne sit novissimus error illi peior priore. Duo ligna erant in hortu deliciarum: unum vitium, alterum indulgentium: hoc vite, illud scientiae boni & mali, & hominem detrahit ab arbore, quam concessit? Profecto, ne sit infelicio homo. Quia comedit ex ligno interdicto, mansit Adamus mortalitatis abnoxius, ac laboribus, molestiis & anxietatibus huius propaginis genus: & cum moveret ingenium divinze clementiae, ne sumat etiam adax de arbore vite: quippe procedet ultra amarae vite molestia, si vita procedit ultra. Peregrinum est igitur mortis inventum; siquidem malorum ultimum. Lege consulto vite calamitates in Plinio lib. 7. cap. 50. ubi pulchra, & illustris huiusmodi gnomis: Natura nihil hominibus brevitate vite praestitit melius.

8 Hoc est avitae vite spectaculum, ubi mors est beneficium. Qualem non afferent intinis sensibus catenatae molestiae amaritudinem; dum mortis amaritudo vite credicet levamen? Qualis acerbitas, si mori voluptas? Nihil vita est, nisi diuturna mors. Si amittitur, doles, si habes, opprimeris. Si brevis, est flatus: si producitur, quietus. Si deficit, exhibet fragilitatem: si non deficit, dolorem. Quid mihi homo? Nihil. Supra te temetipsum crexeris, ut sis aliquid.

Benedicitur Abraham propter dedicationem filii in holocaustum, ac stellarum & arenae maris in propagationem generis profertur signum. Semen tuum (dicitur) sicut stellas caeli, & velut arenam. Haud perpendas quantitatem; sed studiosè qualitatis si-

mile. Arena, minutissimus obduratus pulvis, teritur pedibus: stella in caelo fulgent multi iugis splendoribus. Non amice conspiciant rutilum caelum, & fedissimum lutum: & ut respiciat homo, corporis humani considerans elegantiam; exprimit signum stellas caeli, & arenam: quandoquidem quicquid rutilat oblitupesciens luminibus orbem, decursu temporis inauspicato convertetur in pulverem.

Non prius substantia pulveris, postque proponitur lucida materia celestis: sed primum sidera, posteaque terra. In flatur ventosus homo, quasi esset immortalis in Olympo: & editur languor sideris, ut fragilitas ostendatur luridi pulveris. Quid lutum deductum sortibus in fastigium; si impresionum languescunt expertes peregrinarum? Haud meliorem spem concipiat, quanvis super altitudinem nubium fastus ascendat: prius stella, postque arena proponitur; ut homo inflatus ad saniores mentem cognitione revocetur. Quid singulare, quod in terram convertatur terra; si in pulverem reduncantur lucida lumina?

Sicut stellas caeli, & velut arenam. Ad aliquid magnum symbola mortales excitat, & oscitantes diligenter invitât. Nihil est homo, si tantum est in hoc mundo. In imagine pertransit, dum supra se non exurgit. Est in se, cum complacet sibi de corpore, quod est lutum: supra, si considerat ut lutum, omne temporale bonum: & apte calefcent hominum signa ex sideribus rutilis, & arena; quippequam erunt sicut arena conqualata in lictore, ni in caelum attollantur, sicut stellas. Pressius pro am. Pulvis est corpus, ex quo compactum, ut aliquando sit lucidum. Dum indulgetur perperam genio, conspurcatur pulchritudo; & in corporis fragili pulvere simul iugitudo; in corpore sidera caeli? Simul, Enixè studeas, ut terra corporis convertatur in stellas. Nihil est homo, nisi sit aliquid caelo: quoniam si non celestis, non est aliud nisi pulvis.

9 Clamorem Aegyptiorum audias. Nec clam te est (dixere Iosepho) quod absque corporibus & terra, nihil habeamus. Nihil? Ubi anima? Aliqua dixi Tautol. 2. Didasc. 9. num. 14. Alia cito modo proposito. Nihil praeter corpus & terram; quia vivunt quasi non haberent animam. Nihil in terra sunt, ut continuo sint in terra: & homo cum terrena tantum sapit, caret formâ. Corpore & terra contentum, & nihil amplius. Terra corpus: & dicitur terra cumulus venustatis; quia corpus tantum non est aliud nisi pulvis. In terra fumus corpore; & modo corpus non terra. Supra nos metiplos tollimur, dum in caelo con-

Elegentia corporis, lucida est fucatio pulveris.

Et summa me fragilitas.

Nihil est homo, si tantum rutilis faculo.

Genesi 47. 18.

Si homo non caelestis, nil nisi pulvis.

Verfatur: tunc enim fumus aliquid; quia corpus, & terra per se nihil. Quis enim de Aegyptijs peius dixisset? Non diceret vel infelitus. Nihil? Terra & corpus. Vox definit: ut pateat, quam contempta res sit homo, nisi supra humana se exerit.

DIDASCALIA VIII.

Plus homo habet non entis, quam entis.

Plat.

Seneca

Roman. 7. 24.

Quale corpus mortis?

Plat.

Esse hominis est non entis.

Dixit Plato in Theateto. Experimentum prædicat: non est vel in alieno capite experimentum; quippe & memoria rudicibus adificatur sepulchrum. Die, mortale tibi, & fragile corpusculum esse (inquit Seneca Epist. 24.) cui non ex iniuria tantum, aut ex potentioris viribus denuntiabitur dolor; sed ipsa voluptates in tormenta vertuntur. Impendio vitæ construitur vita: erit ne homo, cuius vita constatur vita dispensio? Quis me liberabis de corpore mortis? suspirat Paulus. Mors corpus non habet: cur ergo queritur de corpore mortis? Non repente nos in mortem incidimus, sed tenore procedimus. Mors corporis novissimo ulvenit in instanti: corpus mortis est quotidie. Mors ad nihilum redigit hominem & Paulus corpus mortis & habitum necit vitalem; quoniam dum plus vivimus, citò morimur. Morte enim homo transit de esse ad non esse: etiam dum vivit, liberari desiderat de mortis corpore; igitur vel dum vivit, in mortem transit. Hominis, morte corporis est non esse, cum non est: corpore mortis, est non esse, quavis sit: & adiungit Paulus quandiu viverit, elegant in corpore corpus mortis; ut definitur adequatè homo in esse physico, per esse non entis.

Homo iure dicitur à Platone in Timæo singulare Dei opificium: (& lib. 1. de Legib.) Divinum quoddam miraculum. Respondit fabrica, cunctorum expectationi, quasi ductus subtilior penicilli Omnipotentis. Ars quam naturalis! In habitudine pollet perfectissima symmetria, ac in distributione proportio pulchra. Microcosmus merito laudatur: ita absolutus facultatibus, & perpolitus extremis coloribus; ut nihil supra dixeris, cum opificium ut miraculum perspexeris. Est ipsa venustas. Proh dolor! dixerim, vanitas. Quam scitilibus huiusmodi statua nititur pedibus! Quantum vacillant fundamenta pulchritudinis, & labant sulcra usquequaque perfectio-

nis. De terra formatur. Est terra purissima, non terra? Vitrum animatum præstat eò fragilius, quò delicatius. Chrysalis, qua ha litu formatur, & halitu in momento confringitur. Fili argenti-vernicali mirifica inanitas, & futilitate florens summa subtilitas: ita exprimens fragilitatem celebratam corporis, quasi ens spectabile, quod nihilum habet entis.

Homo vanitati similis factus est: inquit Psalmographus. Id est, Nihil, & umbra: ait Genebrard. Nihil, non est: umbra est mera privatio lucis; quæ ex oriente evanescit, quasi nunquam existisset: & homo dicitur similis vanitati; quia licet floreat vitæ, non habet esse. Quid novum, quòd ita prædicatur fragilitas; cum sit adhuc homo vivens, non tantum similis; sed universa vanitas? Vide quæ diximus in liter. Exposit. num. 24. Homo vivens, editur. Ad quid vivens, dum dicitur homo? Non homo, si non vivit: nihil hominis est non homo: & adhuc vivens ut homo summitas exprimitur vanitatis; quoniam esse hominis floridum est non entis. Obiter observa: Factus, non vanitati similis creatione constitutus: siquidem non vanè Deus constituit hominem, cum fecerit immortalis: & merito figurat similis vanitati; quia licet vivat faulle, nascitur mori.

Sat digressionis. Vanitas & Vanum sumitur in Scriptura sæpe sæpius pro idolis: Irri-taverunt in vanitatibus suis. Deuter. 32. 21. Secuti sunt vanitates, id est, idola. 4. Reg. 17. 15. sic alia. Quid ergo de idolis dicit Paulus? Scimus (inquit) quia nihil est idolum in mundo. Perspicua modo claret Davidis auctoritas, si imago & idolum vanitas: igitur confertur homo licet vivens simulachro; quia nihil est hoc idolum in mundo. Homo nihil? Quid idolum? Homo extollitur, inflatur, quia singularis opificium, & universi ornamentum; cui obsequi debent vel invite cuncta, uti propter illum singulariter creata. Fallitur homo miserè in ipsa corporis pulchritudine constitutione: ac appositè Propheta idolum hominem signat, siquidem non est illud, quod representat.

Nihil idolum. Nihil opponitur esse. Si existit in mundo, & in excelsis assumptum, nihil vel præfens idolum? Nihil. Idolum ex ligno ab artifice formatur, in speciem Deitatis constituitur, dolatur, perpolitur, deauratur, erigitur; ac in thronum deducitur: cinnaris aureis, ita circumcirca fulgentibus, & fulgetris amictus adeò vibrantibus; ne cunctorum amentium insectat opalus, pulchritudinis admiratione suspensus: & hoc est

In imagine pertransire

Psalm. 133. Geneb.

Universa vanitas & habet esse.

Psalm. 8. 7.

Homo similis vanitati, quia nascitur mori.

1. Cor. 8. 4.

Homo idolum, quia non est quod representat.

nihil? Profectò: cavæ sunt sub imagine formæ. Eximia est pulchritudo; sed in imagine: & non absre dicitur Nihil idolum, quippequàm ad speciem Numæ tantum. Ad speciem: & quæ non vera Numina, sunt spectata. Hoc est igitur idolum. Os habet, & non loquitur: oculos, & minime videt: aures, cæterum non audit: pedes habet, & non ambulat. Est. At secus homo, dum vivit in mundo: igitur fungitur vitæ muneribus, & concessis utitur facultatibus. Est homo, non imago, cum vitam agit in sæculo: & ut semetipsum ventosum, resipiscens agnoscat, etiam dum crepitaculis fortuna commendat; inutili quod nihil, comparatur simulachro, quoniam in imagine duntaxat pertransit homo.

In figura idoli, vel imaginis videor mihi videre collationem elegantie humani corporis: idoli quippe instat concinnatur, aptatur, insertatur, lepidulè colitur, ad altare philantia phantasia deducitur, ubi adoratur verum fictum simulachrum; quin cor rependat, nisi munere amplioris sollicitudinis, quæ debet crebro memorie fragilitate. Huiusmodi forma sensus hominis, non tantum oculos rapit: etiam mens philetro dilectionis obstupescit. Haud percipit imminentem, & perniter ruinam, idoli corporis considerans evanidam elegantiam. Hem! Verum agnoscat ingratis vi mortis, brevi temporis tractu; quòd nihil est hoc idolum in mundo.

Nihil, quia quod apparebat hominis imago, tantummodò luminibus apparebat: & quod summa pulchritudinis, disparuit verè, tragicè scena versatilis. Nihil, quippe quod cogitatio rebatur Numen, hominis duntaxat præferebat speciem: ac perperam æstimabitur uti vera pulchritudo, ubi ludit, eludit, & lædè blandimè cogitatio. Cæcitas patet oculis summa; dum larva illicit, & cognoscitur larva. Nihil, quoniam in effigie afeicitia venustus, & hæc vanitas: admittit mors ab imagine ornatum, & formidatur spectum. Nihil, siquidem quod homines adoratione colunt, cadaver fugiunt; ac pœnitudine visionis ductus, horret iure ex turbatus aspectus. Nihil, igitur apparuit quod latebat detecto velamine, sceletum perpolitè: & quod essugurabat eminus ut Deus summus, cominus spectatur horribilis monogrammus. Punctus est utriculus corporis simul mortis; & apparuit statu, plenum esse vanitatis. Nihil, nam præstantia adamati corporis, manet in pulvere pulvis. Nihil, quia maestas bracearea micabat in simulachro: ac denique Nihil, quoniam idolum

Cur homo dicitur nihil?

Philantia ludit, & lædit.

lum: & nihil est hoc idolum in mundo.

Excusis in Emblem. lib. 1. Sebastian. Oroz. omnibus Veneribus affluentis, gratijs commendabilis, dotibus lucide, ac cuncto inintelligibili muliebri mundo adamusim ornata, admirandum in modum: sed retrorsum sceletum. Epigraphe: Quid sim. Nota. Quid ero, luculentius videretur; quandoquidem vita florida cum voluptate blanditur. Non. Erit id quod est: rectè dicitur Quid sim: cadaver itaque quantumvis obducatur pretioso tegumine, semper cadaver: mors tetulit velamen valetudinis nitidum; & apparet, quod latebat spectaculum horridum. Quid sit, speculanti debet meditari affectus, ne fascinetur improvide oculus. Niter rosa? Fallax gratia. Rutiat flos? Sed marcescet. Summa micat perfectio? Vana namque pulchritudo. Miraculum venustatis appare? Non apparebit. Radiat color? Cadaveri non est decor. Species lepidè! Sed species. Simulachrum egregium! Sed simulachrum. Insignis forma! At quam fragilis materia! Decoris prodigium! Sed calvaria fundamentum. Insuperata elegantiæ! Verum succata à natura: capillos rade, & respice pulchram: quid si denudetur cranium? Quid? Erit proculdubio spectum. Intente ergo contemplantur. Ut mireris, ne miseris. Scrutare sceletum, non pulchritudinem; siquidem decor solum patet ad speciem. Si quod est animum pungit, convinceris: est quod erit.

In sententia lata Adamo claret rusticè paradoxum. Sic mulctatur: In sudore vultus tui vesceris pane: donec revertaris in terram de qua sumptus es (haud novum projectus animus, si de terra sumptus) quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Omnia tempora præscriptum continet: quod fuit, quod est, quod erit. Hinc Ieremias: Terra, terra, evanescet. Terra in articulo quocunque; ne extollat principij nobilitas, conditionis auctoritas, & interitus difficultas: igitur quaquà saltus hominis convercat lumina; terra, terra, terra. At quomodò terra, dum floret sub hominis formæ? Revertetur in pulverem pulchritudo: minime in te pulvis, aliàs non esset conversio. Homo non convertitur in hominem: quo pacto pulvis converteretur in pulverem? Proclive. Dum moveris, non mutaris, sed exponeris. Haad resolvitur substantia: duntaxat evanet forma: & innotescit formæ despiciabilis pulveris, quod sensus eludebat sub forma hominis. Unde hominis fallus.

Vita maxime felicitate plena anatum præbet amentis, ut aliter quam est de partu gatuy

Oroz.

Homo est quod erit

Suggestio in concupiscentia respicienda.

Gen. 3. 19.

Ierem. 22. 29.

Homo dicitur moriturus, non mutatur, sed exponitur

Hub. Golt.

gatur penicillo phantasiae. Mutationem arbitrantur imminere, non adventasse. Unde illud Tiberij Caesaris: Me mortuo terra igne miscetur. Vide Hubertum Goltzium & Suetonium in Tiber. Aliam formam sumptuosos censent in exitu, quam habuerunt infauste, vel feliciter in introitu: & pulvis dum floret homo, ut respiscat, dicitur; siquidem non est aliud, quam id in quod revertetur.

Est pulvis sub forma hominis.

Perpande verbi proprietatem. Revertentis: nequaquam Converteris: quod congruus opera videbatur; quippe in cadaver corpus animatum convertitur. Conversio hominis mutationem absolute indicat: reversione vero mutationem respectivam, in quod erat aliud indicat homo, sed vanida cogitatio: & proferitur in sententia vivide, non Converteris; sed Reverti: igitur licet accedat expulatrix vitæ mors; homo fortunâ gloriosus non erit aliud, quam est. Si revertitur in pulverem, pulverem merito signabis viventem hominē. Erat terra, & vivit terra; quantumvis sub alia forma. Non aliter quam terra, homo vivus prædicetur, siquidem ipse revertitur in quod relinquitur. Alia mundi delicie habent mutabilitatem: homo solum vel in conversione reversionem.

Dan. 2. 34. 35. Alap.

4 Bona sæculi vana, queis capitur homo, & obliquescit. Corpus futile, uti idolum, miserimè colit. lētus lapidis excelsi sine manibus est mors. Cladem lapidis adverte. Percussit statuam in pedibus: tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, as, argentum, & aurum, & redacta quasi in favillam. Id est, in lutum, cinerem, & levisimam terram; autumat Alapide hic vers. 43. Omnia pretiosa metalla contrita, & in favillam redacta, percipit ratio; igitur videtur in contritione conversio: verum, terra in terram. Quomodo constabit conversio, ubi mobilis eodem perseverat in statu? Huiusmodi statua struenda opulenta varietate, ac locuplete metallorum distinctione; corpus iudico hominis compactum assabre de puritate telluris. Aurum sapientia humana, quæ plerunque mutatur in stultitiam. Argentum pulchritudo transitoria, quæ sapientia prævenit deformitatis sati sagittam. As, valetudo, quæ vertitur in languorem: ac denique ferrum fortitudo, transiens in debilem perpetuam imbecillitatem. Ideo speciositas cunctæ civitatis Ierusalem in latere describitur; & recte terra achyrosidis tabula spratur: quandoquidem quæ pulchriora demerentur hominum spectationem; selsimè, vel sensim, præpropter convertentur in pulverem. Omnia hac convertuntur in alia: verum testa in testam, cinis redigitur in favillam;

Cuncta patiuntur esse mutabilitatis, verum homo reversionis.

Ezech. 4. 2.

Testa est corpus humanum, ex testa tantam quam terra constitutum: & non signatur in mutatione testa mutatio; ut quid fit adhuc vivens cognoscat homo. Abijt statua forma; at perseverat materia. Minime fit resolutio; sed tantum expositio, vel inversio: pulvis in pulverem conversus dicitur; quia pulvis homo in pulverem revertetur.

Apparuit terra, terra florens in statua. Mutatur? Haudquaquam: detexit mors larvam vitæ in imagine corporis; & corpus obijcitur, quod erat cumulus pulveris. Celsit morti, quæ quidem explicuit esse. Cætera, uti in arbore folia mutabilitate virecunt, sensim pulchritudine decorantur, velociter arecunt, & modò à vento rapiuntur. Aliquando feliciorum statum habet proietarum rerum desperatio. Non sic homo: pulvis, cinis in cinerem revertitur, & in pulverem; quia semper eandem nanciscitur conditionem.

5 Quid inflaris inquit Guarricus Abbas Serm. 1. de Virgin. Nativit. Jam verè nihil sit. Homo verè nihil: Non est hoc aliquid? Homo est verè, quod erit. Erat pulvis; & esse pulvis, non entis. Patet. Esse hominē, est hominis esse. Nihil est amplius. Non est homo, dum est pulvis; & dum est, dicitur pulvis, quia dum est homo, non est. Nihil hominis est non homo: non homo nihil igitur nihil est homo. Turge iam, turge raris tumida vento. Modò percipitur sarcasmus Dei in Adam. Profert sētentiam capitis, & subdit illic: Ecce Adam quasi unus ex nobis. Hoc modo, ironicè dicitur adimpletum, Eritis sicut Dij scientes bonum & malum. Sed qualis allusio? Im utaq; bililitatis arbitror. Deus definitur Excd. 3. 4. Ego sum, qui sum. Hebr. Qui ero. Ecce post lapsum in mutabilis homo. Ecce Adam: non erit aliud quam est. Ecce Adam: per transgressionem sub forma hominis factus est pulvis; & post tempus & tempus in pulverem revertitur.

ADAM (quod vernaculâ lingua, licet offendas in puerili nota) e converso signat Nada. Nihil est Adam: nomen etiam præferret. Latitat signaculum fragilitatis in notitia nominis; siquidem nihil legit, cum primum hominem concipit. Gemine accipi potest prinus homo, visus in mundo. Adam, nada. Lux mentis egregia! Igitur si forma venustatis decipulis allicit; aliter lecho, & voluntas respiscit, quandoquidem in ipsa legit inversione nominis, redactum Adam in nihilum pulveris.

Prisci Lunam salubant nomine Adam; uti observat Gerardus Bolsius de Theologia Gentil. lib. 2. cap. 6. Adamum quimus iam salutare nomine Lunæ: igitur ille splendor charissimatus, & plenitudo dotum habuerunt prin-

Non se morte rei solutio, sed reversione.

In statu diverso, eadem in hominibus conditio.

Quarr. Homo verè nihil.

Gen. 31. 22.

Hebr. Qualiter homo in mutabilis.

Tasni. Gerard. Bolsius.

Luna splendori similitudo Adam.

Auson.

Gen. 5. 2.

Eriam pulchritudo summa pulvis, & terra.

Gen. 2. 22.

Cornel. Alap.

Ovid.

principium, verum non statum: etenim evanuit vix dū illuxit, & homo tuitus lucem tanquam Luna mutavit. Sequitur infauste deliquis conditio humana, quod expectus languide Protoplastus in ruina: quandoquidem quos modò contemplamur inlata Luna nitidos, estilgurantes venustatis radios; cadaveris tolerantes fetidi eclipsim, vocitant anxie caterorum compunctionem. Hispanicè (nec mireris Verionem: Huic voci Respiscencia, Græc. METONEA, vulgò, Desengañio, uti notat Epigram. 12. Ausonius, Nomen nec Cicerò dedit:) nos dicimus: A los que brillantes lunas venos luendo; mañana consideramos con eclipse cadaver desengañando.

6 Quasi caput operum Dei, & ornamentum orbis, expositum summus Artitex Primi parentes in officina lucis. Masculum & feminam creavit eos: & vocavit nomen eorum Adam. Homonymi sanè non sunt: feminae nomen Eva, & viri Adam. Cur igitur Adami notitia cognoscitur Eva? Adam idem ac rufus à terra adama, sive rufa, aut rubra; sicut ab humo dicitur homo: igitur ex rubricata terra corporis humani moita fabrica. Patuit igitur in homine summa elegantie perfectio, ac in muliere omnimoda pulchritudo. Nihil ultra excogitatur: elanguet ars, nihil plus: & singuli vocantur Adam, cognomine telluris; ætiam in die mirifice creationis; quoniam si specie arroganter effertur, superbe inflatur ob egregia venustatem; supercilium elationis compescat, animo vertens originem: equidem & procedit ab humo primus homo; quin excludatur à materia principij fragilis, feminae primæ species, quam vidit orbis.

Materiæ rudera in conditione feminae consultò recole. Tulit unam de costis Adam, & Deus costam edificavit in mulierem. Quid amplius materiæ, quaræ costam admiscuit Auctor in conditione feminae? Ex costa, terra (arbitratur Corn. Alapide hic) & aere circumstante. Nescio an iure, vel festive dicam cum Vatam Principe Nasone, lib. 1. Metam. Fab. 7. Indè genus durum — Et documenta damus, qua sumus origine nati. Per aërem signamus venustatem: ergo si ex aëre conflatur mulieris trabea peregrina pulchritudinis; femina pulchritudo consistat duntaxat molimine vanitatis. Habebunt igitur de peccato excusationem, dum sequuntur vanitatem. Nemo læcessitur, si conditionem principiorum sequitur. Modò aere lepidale rapiuntur, minime ornantur: ex vanitate conficitur, non ex aëre (quod abundat) ornamentum vanitatis; aliàs cunctibus in ad-

ventionibus suis; si pepla perficerentur ex aëre, ob statum difficultatem suffocarem repente. Ex costa, terra, & aëre. Quia terra, fragiles: quia vêtus, mobiles: quia os, stabiles: stabunt: Item! In perniciem permanebunt; siquidem in fragilitate & vanitate consistunt. Costa, terra, & aër. Machina costa, & terra, ex queis pulchritudo; firmatur à femina in aëre, quasi inconcusso cemento. Corruet profecto speciositas, dum altius effulgrat spectabilis venustas. Quid forma, ubi evanescit materia? Inanis erit pulchra speciei cogitatio, dum gratiarum molimina firmat in vento. Quid enim fiet destructionis in morte, si ædificium cum forma pendet in aëre?

7 Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit: dixit, & effertur laudibus Amantia eximiam pulchritudinem Sponsus. Singula verba illuminant oculos, ne intendant anxie in pulchritudinis radios. Flores symbola venustatis exponuntur; & qui extollit, tantum dicitur Apparuerunt. Eminent alliciens lumina, speciositas floris, decore insignis; sensuque rapit splendore venefico venustatis. In embolio salit sensus, & volupè, pulchritudo; ac duntaxat qui rutilant, apparuerunt; quia pro tempore transeunt & transeunt pulchritudinis flores; aviditatum spectum, & fascinatior oculorum. Non fatiatur oculus visu in versatili machina: ad speciem tantum representat perspectiva. Non est pulchrum, sed embolium. Hæp. Est non es vermesura, sino trameya. In scena transit, in momento evanescit: ut notetur meditante fragilitas pulchritudinis; non tantum flores signat, sed apparet.

Collata ergo pulchritudine celesti cum terrena; etiam à cæco discerneret distantia. Patet ad oculum, quicquid interest inter cælum & lutum. Verum non occludebatur aditus suggestioni vanitatis, quod adhuc in terra gauderet venustas speciositate floris, & florem duntaxat Sponsus exhibet apparentem; ut proterat noctam femina cogitationem: igitur non solum respectu cæli pulvis est egregior forma; sed etiam pulvis, ubi floret, in terra. In terra nostra. Quid? Flores. Non ita in terra viventium. Hic in terra florent. Et in cælo; Nec apparent. Tempus enim, quod plus floribus sævet, pulchritudini obest. Idem, quod sphaeram permittit fulgori floris, ut luceant; spectaculum indulgentiæ præparat, ut marcescant; igitur si oritur & rutilabile manè; discolor occidit vesper. Aptè Virgilius celebrat, vel deplorat in Rosa, sic ait: Mirabar celerem fugitiva ætate rapinam, Et dum nascuntur, consentisse rosas.

Dum viget flos, non apparet: et à Sponsus ut hodie

Mulier prima est stata ex aere terra & 10. sta.

Cant. 2. 12.

Fragilis femina speciosa.

Exhalationi similitudo.

Subst. tem. ora.

Virg.

homo stupidus fallacem pulchritudinem adertitempus & flores studiosè nectit. siquidem venulas tantà fragilitate consiluit; ut tempus adimar, quod ut laceret, concessit. Quomodo non instabile, quod splendet in aere subiectum tempori?

8 Flores nascuntur, ac statim putantur. Pulchritudo est donum fortis; & fors punctum mutabilitatis. Nascuntur, & putantur. Rare (symbolo lachrimarum) stellante, oculis oclusam manè exponunt speciem: heul deplorat hercle, vel in exordio futilem conditionem. Nascitur flos, ac in ortu moritur. Quid mirum, si flos venustatis languet; dum languet, antequam tempus putationis adveniat? Ideo in Bib. Maxim. Aliquit Flores apparuerunt, tempus putationis praevenit. Prævenit? O infelicem pulchritudine! Scitum, Parcas comitari Venere. Prævenit? Sancti. Nonnumquam quod venustum infatum. Prævenit? Pulchritudini non vita, sed mors obvia. Prævenit, quæquâ infelix pulchritudo. Refpondeamus ergo singulari proposito.

Tempus putationis in apparitione florum venit, & prævenit. Reliquis dotibus naturam humanam nitidè ornantibus, in extensione temporis, advenit morte tempus putationis. Cæterum venustati, aut pulchritudini venit tempus interitus, & prævenit; igitur decor finitur, antequam vita finiatur. Collocatur species pulchra potius in femina, quasi floris non esset entitativa tâtilia; & in illa tali conditione consiluit, in signum fragilitatis; quod vel pulchra moritura, vel victura deformis, spoliū temporis. Venit hic floribus tempus putationis in morte: prævenit mors deformitatis, non dum in fine. Non speciosè moriuntur, antequam moriantur: & dicitur aptè veniit, & prævenit tempus putationis in flore vanidè venustatis, dum luget; siquidem etiam in vita, spectabilior pulchritudinum marcescit.

Qualis lucidioris pretium speciositatis; si perit, antequam pereat salce inevitabili mortis? Quod tanti habetur, quod minimè habetur? Sequitur aviditas aves volantes, & flores pro momento languentes, & apparentes. Qui habent, tanquam non habentes sint. Creditor primus est tempus, post languor, subsequitur atra mors. Quid magni species floris, quam devenustat ephemera febris? Pulveris tantus cultus? Cadaveri singularis ornatus? In esca vermium allicit purpurifum? Facies pieta est pulchritudo, vel larva? Perperam conciliat horror, quod subtegit velamine decor. Perperam philautia consiluit speculi fallax oraculum, cum debeat, verissima loquens, adire sepulchrum. Perpe-

Confer- tur flori- bus. Hays.

Infelix pulchri- tudis.

Disparet forma, atque non pereat spateria.

ràm stabit aurea statua speciositatis in pedibus omnino fidilibus. Pro tempore, brevi extensione à stupidis adorantur sed in pulverem suum miserimè revertentur. In *Suum*; quia proprium esse est futilis pulveris, & esse hominis est esse non entis.

DIDASCALIA IX.

In Purificatione fons luminis Virgo Mater.

Merito profert Chryppus Presbiter Serm. de *Laudib. Virgin.* Cui assipulatur Gregor. Nicomedicus Orat. de *Oblation.* dicens. *O pulcherrima pulchritudo pulchritudinum. O Dei Genitrix pulchrorum omnium summum ornamentum!* Nec mirum: est Omnipotentia lætissima imago, qua summè respicendit; & in quam ablotendam attentissimè incubuit. Abiona videntur primo iactu cogitationis enectia; ubi describitur illibabilis puritas purificata. Minimè: astruuntur purificatio & puritas perquam aptè. *Nubis lucida*, dicitur Virgo apud Novatin. in *Virgin. umbra* cap. 10. excurf. 2. Nubes obunbrat, lux micat: & ut emineat species, plauditur congruè lucidissima nubes; etenim respicendit lux amplioris puritatis, ubi obtegebatur lux levi nubecula legis. Ad offendendam viam amoris præcedit Virgo *In columna nobis*, & *in columna ignis*. Eadem ipsa est, non duplex: opacitatem ostendit, & splendorem: splendorem in igne perpetim coruscantis candoris; & magis rutilantem per columnam nubis legis. Quasi Iris extollitur à Ioanne Geometra *Hymno 2. Versicolor* (ait) *Calum, iridis instar, amenas virtutum formas, florigrasque forens.* Nascitur Iridis pulchritudo ex solaribus radijs nullis nubis opaco. Omnia legis in figura contingebant; ut radij myseriorum detecto involucre luceant: haud tuleret Iridis species pulchra, ni existeret nubes opacitate rorida: & Virgo plauditur pulchritudine Iridis, in die Purificationis; igitur per nubem opacam legis, illà lucem obumbrantem, explicuit Solis nitidissimum candorem. *Nigrum autem in medio iridis, quia iuxta lucidum, vacui speciem habet.* Ait Philosophus lib. 3. *Meteor.* cap. 4. *Nigrum, tanquam umbræ congruit legi: claritas arcus Virginis puritati: & inde magis lucida; quia dum implet, & lex vacua.*

2 Colores, noctū dum exoritur, inesse Iridi, nemo Philosophorum inficiatur: cæterum

Platō 403. 292

Chry- sipp. Greg. Nicom.

Virgo mi- lus luci- da.

Novati

Exoda 23. 21. Columna nubis, & ignis.

Ioann. Geom. Iris rutilans.

Aristot.

Pavon.

Virginis Purificatio fuit Apitioris puritatis expositio.

Esth. 10. 6. Fons lucis.

Purificatio olim aqua & igni. 1. sal. 55. 21.

Gen. 24

rām in quætionem vertitur, cur non apparent? Aristoteles ubi supra & Vitell. lib. 10. *Theor.* 70. ex quibus Francisc. Pavonius de *Natur. Theolog.* Distinct. 3. num. 1249. ait: *Alij colores iuxta nigrum, qualis est nubes in tenebris nocturnis, candidi.* Favet series naturæ in vulgaribus etiam meteoris excellentia singularis Purificationis Virginis. Amenas virtutum formas, & florigeras sculpsit in Iride purificationis claritas. Subtextit lex aliorum splendorum charismatum, & nitorem singularium gratiarum: verum non potuit obnubere puritatis claritatem; igitur colores Iridis nube legis cõversi sunt in candorem. Totus autem arcus apparet candidus; quia vapor legalis ritus ater, utpotè lege nocturnus. Non ergo Virginis elanguet in Purificatione pulchritudo; cum amplioris sit noctū nitidæ puritatis expositio: siquidem sepulto umbris legis nitore colorum; rutilavit integritas pulcherrima pulchritudo pulchritudinum. Quid quod promineat puritatis celsitudo, si nox est illuminatio? In Virgine umbræ legis & Sol oritur; dum lustratur, illustratur.

Patet reverè in Purificatione, quod in somnis Mardochæo suggeritur. De terra Fons videbatur ascendere, *Qui crevit in stuvium, & in lucem, Solemque conversus est.* Fons de terra effluens? Flumen luminum? Scaturigo iugium illuminationum? Homines quantumvis terra purissima, nonne terra? Utiq; sed Virginis gloria, quod de terra, purissima. Tenebræ legis erant super faciem & abyllum puritatis; at tenebris fecit lucem splendescere: de impuritate quippe Mosaica legis, ortus fons insignitur lucis & Solis. Aqua & igni fiebant purificationes olim. Leges Horum Apoll. & Causin. in *Horum.* lib. 1. *Hieroglyph.* 41. Plutarch. in *Quæst. Roman.* & Pier. Valerian. lib. 46. cap. 30. Ideo probati clamant: *Transivimus per ignem & aquam.* Prius purgabantur, & postea illuminabantur. Purgabantur à tenebris, illuminabantur lumine. Puritas Virginis illuminatur tenebris. Sicut tenebræ eius, ita & lumen; quandoquidem lustrationis umbris conversus est fons in Solem.

3 Incunabulis mundi conditâ à Deo puritate venustissima lucis; *Divisit lucem à tenebris.* Illustre quidem testimonium! sed patet in periodo gravissimum argumentum. Lux & tenebræ opponuntur non solum contrarie, sed etiam contradictorie: siquidem non lux, tenebræ & glomeratæ caliginis; & tenebræ nihil aliud, quam carentia lucis. Quomodo ergo Moyfes signat graphicè divisionem, quæ quidem arguit confortium &

simultatem; cum nullibi nec subiecto, nec tempore simul nexa, verificentur duo contradictoria? Quod non habet aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Ubi igitur simul lux & tenebræ? In lustratione Mariæ. Lux, candor virginitatis est: tenebræ, umbra legis in lustratione: & in huiusmodi lucis & umbræ confortio purificatur & Virgo; ut in unione tenebrarum legis, magis ac magis promineat excellentia puritatis.

4 Duplicatur Virginis (ut contingit in partu) spectabilis puritas, cum accedit oppositi contrarietas. Amplior fulgor (in signe luminis puritatis) tenebris circumspicitur; & purificatur Virgo, ut candor purificetur. Tabula est lustratio Virginis Matris, quam elaborare fecitissimè intenderat summi penicillus artificis; ut rutilaret imago formæ egregiæ, ubi nihil esset supra. Sine umbris, quæ corpus conceptæ imaginis arte consociunt ornamenta artis & formarum evanescent. Opus est igitur umbris, ut penicilli miretur subtilitates. Candor lucis est vivæ imaginis floridissima virginitas; & summus Artitex in tabula aptata consiluit apposuit purificationis tenebras; ut inter umbras intentæ Mosaicæ legis, in conspectum veniret amplioris corpus candoris. Umbræ legis, quæ non comprehendunt, potiore gloriam componunt: igitur umbræ ut umbræ, fulgoribus ancillatur.

5 Lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, erat Verbum Dei Incarnatum; & subdit Ioannes: *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Lux igitur erat Christus, adhuc in tenebris, illustrans fulgoribus tenebras hominis; quandoquidem horum obscuritas irretita caliginum, manifestipetiva virtute illuminationum. Ignem venit mittere in terram humani peccatoris; ut cor accensum conflagraret Troia flammis amoris. Lux cunctis nitet, & in tenebris luget. Esto: fed quomodo, dubito; quia in textu rutilat terminorum implicatio. *Lux in tenebris luget*, ait: si sunt tenebræ ubi luget, non est lux: si lux, & insunt tenebræ; lux non luget: quo pacto fulgor lucis luget in tenebris? Præstavit utique splendoris gloria inter legum umbrarum involucre: igitur aqua multæ, signa lustrationum, concipientes rituum umbram; non poterunt extinguere luminis flammam. Tenebræ illhæ proferuntur legales institutiones, cui Christus adespotes ultrò submisit immunitates, quin tenebræ, legum tenore, comprehenderent vacuum munere. *Luget lux inter lumina mutuis fulgoribus;*

In conspectu te- nebrarū legis, exo cellinis claritas puritatis.

Maria peculiare Dei opus

Ioann. 1. 5.

Quantus splendor lucis, lu- cere in te- nebris?

ubi ut deleantur maculae, subsunt lustrationis legibus. Lux in tenebris lucet, dum desunt elucidae maculae. Parum nitet, quicunque lumine lacet. Insigne est sane singularis puritatis, lucere in tenebris: & Christus cornicans nitidus Sol; in tenebris lucet plus; quoniam umbrae certatim illuminantur, dum tenebrae legis cum nequaquam comprehenderunt.

6 Ut perspicue notaretur candor Virginalis puritatis; illa quae sine macula, nec impuritatis umbra, subditur ulterò legi purificationis. In tenebris legis (quae impuritatem puerperae subintelligit) sicut lux, pudor candoris effulget. In tenebris lucet. Etiam. Haud effugurat, quem umbra legis comprehendit, siquidem supponit labem: & in puerpera Virgine (quae Deipara) puritatis lumina plus coruscant; quia legis purificationis umbram nunquam virginitatem comprehenderunt. Accesserunt sanequam umbrae legis, ut procerum praeslaret corpus virginitatis; ac plus polleter oppositis decor, & ritu impuritatis micaret candor: igitur potior facinoris gloria & pudoris excellentia; quòd Virgo subdeat tenebris legalis ritus, ubi Mater stabat quasi crystallus.

7 Expressit Ioannes praecellentem puritatem Virginis, in umbra praescriptae lustrationis legis. Vidit Civitatem Sanctam Ierusalem speciosam, vel extimo cultu, pulchram: igitur cum edificetur ut civitas, *Structura muri eius (ait) ex lapide iaspide;* quem quidem decorant umbrae, & in quo vel lucent pretiosae maculae: *Ipsa vero civitas* (intima commendatur venustas) *aurum mundum, simile vitro mundo.* Descriptio prorsus pulchritudinis novae iaspidis dignitas est in maculis, & pretiositas in umbris; quasi lumen insit permixtum tenebris; auri autem a limatio rutilat gradu, cuius pretium pendet à momento. Cur igitur exponitur tenebris & umbris speculati obtutu tabella tanti pulchritudine momenti? Cum umbris? Ita. Praestat modò commendatione ampliori pretium imaginis. Haud extat fulgor luminis absque oppositione tenebrarum. Opposita elucet magis: & Ioannes ut commendat pulchritudinem urbis; iaspidis maculosi exhibet primum aspectum, cum esset civitas intus purissima tanquam aurum.

Murus est, quod primum exponitur oculis, obducta interna pulchritudine civitatis. Iaspis est tantummodò externa species. Quid, si gloria eius ab intus, intus floreat gloria; cum sint pretiosae etiam in iaspide maculae? Ad speciem solummodò in muro civitatis demonstravit iaspidem, ut internam altius commendaret speciem: siquid-

dem lapidem rutilum maculis oculis praemonstrabat; ut innoveret pretiositas auri puritatis, quae latebat.

8 Huius igitur descriptio extimè & intimè civitatis, est speculum lucidum nitidum in lustratione Virginis. Civitas Dei plauditur structa in refugium hominum, & folamen delinquentium. Aurum est materia civitatis, quia pura mansit; ac in Purificatione iaspis legis tanquam murus circum. Signum iaspis, qui notatur maculis; cum absistat vel umbra in partu Virginis? Iaspis murus? Haecina excellentia, qua fundavit eam Altissimus. Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei: sed nullum maius encomium; quam circumdari muro iaspide legum, cum esses intus purissima tanquam aurum. *Aurum & mundum simile vitro mundo.* Aurum tanquam vitrum claritate puritatis: aurum lucidum etiam in die lustrationis: igitur dum iaspidis specie circum civitatem purgationis ritus; stetit venusta in templo, ut pellucida crystallus.

9 Sed dices: Quomodo purgatio, si Mariae: *Dies impletis* (dicit Lucas) *purgationis Mariae secundum legem.* Quae lex ergo? Moysis? Nequaquam. Sic enim praeribitur: *Mulier si suscepto semine.* Virgo non suscepit: ideo Nilus dicitur à Richardo à S. Laurent. lib. 9. de *Laud. B. V.* cuius proprietates sequitur late Laurentius Chrylogonus in *Mundo Mariano*. Discursu 27. igitur *Mirabile* (ut ait Plinius lib. 5. cap. 9. cum Dalecampio & Pintiano) *quòd semina aliundè allato fuerat.* Si Virgo obnoxia legi Moysis, non plaudetur partus virginalis. Ergo si Virgo in partu, & post Solis edicionem; quomodo perficeretur lustratio secundum legem? Quia in Purificatione legi subditur secundum legem amoris, & charitatis; cum praecceptum lustrationis sit secundum legem Moysis.

Usuvenit multoties decretum exhiberi, quo lata legi obnoxii sint quantumvis privilegiati. Immunis erat Virgo à praescripta purificatione; quippe conceptit Virgo nequaquam suscepto semine. Lex inerat Moysis, & lex profundissima Virginitatis humilitatis. Exaete accedit ad spontaneam purificationem, & fieri dicitur munus liberum secundum legem; quia illam adimplet in qua praestabat libertas, per legem inconcussam, quam ferebat humilitas. *Esse, d. Beata Virgo, itaque inter mulieres, tanquam una carum.* Ait Bernard. Serm. 3. de *Purificat.* Lex humilitatis decrevit, quòd esset quasi una carum; ut esset Una mulierum. Humilitas etiam erat, ut esse vulneris similis, alijs in concepto

In umbris purificationis, sicut prominebat splendore virginitatis.

Apocal. 21. 18.

Virgo illuminatur tenebris legum, cum esset intus purissima tanquam aurum.

Iaspidis exhibetur species, ubi est pretiosae maculae.

Virgo Civitas Dei

Dum obnoxia lustrationis ritus, resplenduit tanquam crystallus.

Luc. 2. 22.

Levit. 12. 2. Richar. Chrylogon. Plin.

Virgo Nilus.

Legis amoris subditur legi.

Bern.

Similis extimè alijs purificationis, dissimilis puritatis.

Bern.

Idem.

Luc. 2. 21.

Cur vulnus Circuncisionis tantum dicitur in Christo, fasciis vulneris.

Fit Christus si circumcisisse, pro similitudine infantium absque peccato.

Bern.

cepto similis. Altius tendit virtus. In alijs ritas erat lex, utpote in puerpera lustrationis: nem: Virgo ritum solummodò lustrationis, fecit legem: igitur dissimilis alijs simili fungitur ceremonia; quae ante conceptionem, in partu, & post partum permanit Virgo purissima. Lex signabat puerperij, ac feminae impuritatem: sequitur Virgo humilitate legem; quia lex inaudita praclarissimi amoris privilegium absorbit Virginitatis Matris. Perpende conferentiam.

10 *Esse inter mulieres, Virgo, tanquam una earum: nam & filius tuus* (subdit Bernard. ubi supra) *sic est in numero puerorum.* Pari cursu procedunt Mater & Filius in executione mandatorum. *Humilitatis singularis* (inquit Mellissus Doctor Serm. de *Circunc.*) *dedit exemplum.* Verum quale? Promptè innuit. *Nec vestigium ullum vulneris habens, alligaturam non refugit vulneris.* Vulnus Circuncisionis appellat alligaturam vulneris primigeniae impuritatis. Alligatura sine vulnere superflua est: verum insuit in Circuncisione vulnus & alum: cur ergo tantum profert vulneris signum?

Perspicuus argum. Saucius est infans vel non? Si abest vulnus, ad quid vincitur? Si adest & idem sanguis Circuncisionis, quò pacto vulnus erit tantum alligatura vulneris? Doctor egregius haud potuit promere verbis vigilantioribus, immunitatem & subiectionem legibus. Signare vulnus Circuncisionis ut vulnus; indicabat nitidum infantem, pro lege habere Circuncisionem, & legem Circuncisionis iure subire. Appellare vulnus Circuncisionis non vulnus, sed alligaturam vulneris; erat intueri legem ratam adimpletam spontaneè, siquidem infantem subiecit voluntas legi, sine subiectione: & adhuc sanguine, quem infans profundit vulnere Circuncisionis, vulnus dicitur alligatura vulneris; quia voluit signaculo videri, sicut ceteri hominum; cum esset adespotos in observatione legum.

11 Clare conceptus ingenium proferram. Nascitur homo impurus nato nativi fecleris, & labe traducis supplantationis. Primitiva istiusmodi macula eluebatur sanguine Circuncisionis in lege scripta; quo infans soluebat faxò ab iniusta impuritate, quam contraxerat origine. Vulnus infantis circumcisi erat fasciis vulneris originarij peccati: & vulnus circumcisi Christi infantis, tantum dicitur alligatura vulneris; quoniam eum esset ipsa puritas & infantium sine nota pulchritudo, sustinuit vulneris vitram pro similitudine infantium absque peccato.

Tom. I. Tautol.

12 Praeterea. Fascia (quae Circuncisionis plaga) exhibebat purissimum, ad speciem peccatorem. Si esset, par erat subijci legi, ut emergeret cruore à traducta impuritate. Cum non esset, ostendebat quod non erat in vitra vulnere; igitur inventus sine macula, patebatur vulnus Circuncisionis. Ipsum vindicabat ab obligatione legis singularis congenita puritas: verum legi debebat spontè cum humilitate charitas. Haec enim pro similitudine, in vulnere apposuit alligaturam vulneris, excusso privilegio puritatis & candoris; videretur similis alijs, qui nimis similis: imò ut magis rutilaret obedientia in deditioe prorsus puritatis voluntaria; videbatur fasciis vulneris in numero puerorum, subditus constitutus; qui vulnus propter quod vulnus, non habebat, sicut ceteri.

13 Demum. Haud opus erat purificatione, quam vulnus in Circuncisione concedebat ab originali labe: ceterum non ostendebat amor charitatis excessus, ni videretur sanguis reliquorum more diffusus. Orientabatur nactum studium cordis, subdendo legi Circuncisionis immunitatem legis: & ut hominitas nova obtineret charitatis intentum singulari functione, alligaturam vulneris tanquam signum inservit sauciato infanti: quasi purificaretur à macula originis in numero copioso puerorum, qui non habebat maculae, nisi tantum fasciis signum.

14 Iam ergo Maria (Apodosis prompta) est in numero mulierum, sicut Filius extitit in collectione puerorum. Sequitur Filij studium Mater ad templum. Lustratur Virgo Mater in templo, cui inerat puritatis, & candoris illibata pulchritudo. At quomodò lustrationis species, si species Virginitatis etiam vel in gaudio matris? Lux (quae umbra) non comprehendit gloriosum puerperium, nec conceptum decore peregrino merito extitit: verum humilitas Virginem inclinavit legis observationi; quasi esset mater, impuritate quae reliqua. Verum est, in Virgine legem non invenisse ullo tempore maculam: ceterum in legis obtemperantia humilitas dedit vitam; ut videretur similis alijs, quae erat longè praestantior plenitudine gratiarum, quasi esset mater sicut una mulierum. Haud insigne extaret, redigi cum obligatione in potestatem legis. Legi subiectione procul urgentia debet; decor erat insignis humilitati. Maria utpote virgo immunis erat à lege: ac in lustratione spontè exiit immunitate; ut obtineret Mater-Virgo excessum humilitatis & amoris, dum decor solemnè ritu lustratur puritatis virginalis.

Submittitur extimè contra similitudinem, qui vulnus, propter quod vulnus, non habebat sicut ceteri.

Subditus videtur legi, qui immunitas observatone.

Similis alijs lustratur Virgo Virginis, quasi esset sicut una mulierum.

Pr 2

Cha

Bern.

Summa
Maria
paraga-
tiva Vir-
go. Maier

15 Character (insigne dulcissimæ Ma-
riæ) est gaudia matris habere cum virgini-
tatis honore; ut dicit Bernard. Sermon. 4. In
Assumpt. Virginis. Vita purificationis, videtur
gaudia matris, sed nequaquam hono-
r virginis: imopotius lustratione obducitur
privilegium, quasi perpetui non esset
singulariter novum. Obluit humilitas Vir-
ginis adimplens præscriptum legis, quicquid
homines poterant, & non poterant cogitare
puritatis: & cum esset Mater-Virgo (ut vir-
go, candore plena; ut mater, peregrinè
fœcunda) lex humilitatis subdidit Virginem
legi Purificationis; alliciente Deitatis æsti-
mationem summam, legibus deditioe, quasi
haberet maculam. Intuere lucidam um-
bram.

Cant. 4.

1.

Ibid. v.

9.

16 *Oculi tui columbarum absque eo, quod
intrinsecus later. Quam pulchra es amica
mea! Quam pulchra es!* Sic Virginis à Deo
plauditur species pulchra, obumbrata in
Sponsa. *Oculi columbarum*. Descriptio gra-
phica! duo sunt in rutila facie lumina, & ut
notetur mytherium: *Vulnerasti* (ait) *cor
meum in uno oculorum tuorum*. Quid ita?
Iniuria sanè tantæ speciositatis lumina videntur
inari; dummodo singulis denegatur ani-
mam rapere. Oculi præstant nitore, in facie
perficite pulchrioris facinæ vultum, & ab
Sponso dicitur, *Oculi tui columbarum*. Haud
facile erga Sponsam simile oculorum colum-
barum percipitur, nec quare Sponsi cor in
uno tantum oculorum vulneretur?

Levit.
12. 8.

Luc. 2.
24.

Eric. Pa-
tean.

Munus purificationis, officio libenter obi-
tum, delicabit amoris, ac humilitatis arca-
num. Obluit Virgo lege purificanda, pau-
peris tessera, quod præscriperat legis edi-
ctum, *Duos*, scilicet, *pullos columbarum*. Ni-
velis dicere facerè & ingeniose cum Ericio
Puteano, *Orat. de Purificatione Virginis*.
Anniculum nemo Matris desideret agnum:
Ecce Sacerdoti quem dedit agnus erat.
Par columbarum in lege lustrationis ratè
signatur, atque in Templum, ut Virgo lustra-
retur, adducitur. Modò notasi par columba-
rum est, & oculi Mariæ conteruntur colum-
bis; quomodo cum Purificationis perficitur
sacrificium, cor Dei vulneratum trahitur tan-
tum in uno oculorum?

Levit.
12. 8.

17 *Sar cito, si fat bene. Ista est lex par-
turientis. Cum expleti fuerint dies purifica-
tionis suæ pro filio; jumat duos pullos colum-
barum, unum in holocaustum, & alterum pro
peccato. Holocaustum pro gratiarum actione, in
gloriam Maifestatis Divinæ: sacrificium al-
terius, pro peccato, idest, impuritate, vel pro-
fluvij contractione. Sic plerique DD. Cornel.
Alap. hic, & Lucæ 2. Malgonatus Franc. Lu-*

cas, & Suarez in 3. p. D. Thom. *Disput. 16.
Sect. 1.* Obluit Virgo pullum unum in Dei
excellentiâ: alterum pro impuritate, quam
lex à puerpera subintelligit contractam. In
Virgine, est quærat impuritas peccatum,
non invenietur: haudquaquam sacrificet al-
terum pullum columbæ, dum florere puerperij
singulari decore. Sacrificet. Quid magni in
puerperio nobili claritas, si percellitur humi-
litas? Et à Virgine-Matre dum lustratur,
etiam pro impuritate pullus columbinus
offertur: furante cor Deitatis, tali studio lu-
strationis; ut quæ micabat singulari partus
inviolatâ pulchritudine, sacrificium offerret
pro impuritate.

Dei pu-
rissima
excellen-
tia, quod
affertur
sacrifici-
um pro im-
punitate, pu-
rissima.

Hoc sacri-
ficii mu-
nus vul-
neravit
Dei pe-
cator.

Gloria
Deitatis
est huius
lustrati-
onis.

Chryf.
Virgo
singula-
ris fa-
minarè,
subdit in
purifica-
tionis pri-
vilegio.

18 Par columbarum in sacrificio ob-
viam fit oculis Dei. Una columbarum eius
indicat gloriam, alia verò legi submissam
Mariam. In holocausti columba Deus ado-
rabatur magnus: in sacrificij, humilie osten-
debat Virgine decus. Magnitudinis & hu-
militatis prælabat contentio, in sacrificio lu-
strationis, & holocausto: & in his duobus pu-
rificationis officijs, sacrificium tantum cor
vulnerat Deitatis; si quietum innoispendere
demonstraticnem, qua cognoscimus excel-
lentiam divinam; quam humilitatem purgan-
di se, quæ nec ullam admittit puerpera macu-
lam.

19 Deinde. Oblatâ Sacrificij columbâ
(indicante impuritatem in feminis) ipsa erat
in munere lustrationis, holocaustum attendere,
& explicans superiorum magnitudinem; ut
Deus sese respiceret, nullatenus autem femi-
næ seditatem. Secus in Virgine lustratio-
ne videtur: holocaustis non delictatur: igitur
si in sacrificio purificatur, quæ virgo non ha-
bet maculam, & in holocausto munera inten-
dunt Deitatis gloriam; insignis humilitatis
pulchritudo ita cor vulnere transfegit in
Deo, ut minime respiceret victimam, gloriam
superioris experimentem magnitudinis; pro-
pter gloriam, quam demonstrabat in Virgine
splendor humilitatis.

20 Subinde. Expresso humilitatis cha-
racterè in Virginis lustratione, duo in ipsa
cogitantur munia, quæ quidem splendent sin-
gularissimâ gratiâ: hæc munia, quasi oculi
vultus Virginis-Matris, obumbrantur in col-
umbis. Officium matris, & præstantia virgi-
nis: unde Chrysof. apud Metaphrasen in
Nativit. Virg. ait: *Non aliud quicquam inter
creatas res visibiles aut invisibiles maius, aut
excellentius inveniri potest. Sed quid? Eadem
(subdit) Virgo & Genitrix. Conceptus matris
erat communis: Matris-Virginis singularis.*
In reliquis feminis gaudia matris præstant
sine pudore; in Maria verò gloriosâ, excel-
lenti,

Imò ut
sacrifi-
cium magis
fulgeret,
pro vi-
ctima
ipsam
purita-
tem ob-
tulit.

Cant. 4.

1.

Augult.

lenti, admirandâ puritate: & cor Dei maximè
furatur in sacrificio unius columbarum, qua-
si in uno vulneratum oculorum; quia Virgo
offerebat in sacrificio, & etiam pro victimâ
lustrationis, privilegium quo præstabat so-
minarum singularis.

Nunquam poterunt præcendi in Maria
prærogativæ virginis, & genetricis, ut pul-
chra esset casta generatio, cum claritate in-
violatâ pudoris. Duntaxat in officio lustratio-
nis & munere, individua comites potuerunt
cogitative disjungi; videlicet cunctis in col-
umbæ sacrificio (quasi una mulierum esset)
& victimam pro peccato. Cæterum cor Dei
& oculos rapuit Virginis singularitatis, in ob-
sequio mirifico, quod cogitavit humilitas:
quandoquidem dum alia feminæ offerebant
pro puritate victimam excellentem; obtulit
in templo Virgo pro victimâ puritatem.

Cant. 4.

1.

Inde pul-
chrior.

Augult.

21 Odoratus Dominus odorem suavi-
tatis, dum sacrificium factum est etiam deco-
ris. Pulchra dicitur, & summè pulchra. Sic
exclamat: *O quam pulchra es amica mea!*
Pulchra, deventosita tenobris ignorantia,
gloria in Virgine singularis excellentia? Pul-
chra inter ritus legales, deturpantes splendorem
illibati pudoris? Pulchra quidem. In
Forma Dei, ut ait August. Sermon. 35. *de Sanctis*,
expressa tenobris legis, altius exfulguravit
elegantiâ pulchritudinis. Pulchrior rutilat,
cum splendor latitat. Pulchrior opacis? Illu-
minatur umbris: & sic speciositas floret, abs-
que eo, quod intrinsecus lateret. Omnis gloria
eius ab intus, circumdatâ varietate virginita-
tis, & honore genetricis. Minimè lustratio de-
corem minuit; cum adhuc in Purificatione fit
fons lucis Virgo-Mater.

DIDASCALIA X.

Homo nihil sine Deo.

Greg.
Mag.
Sanc.

Idem.

Rom. 8
5. 6. 7.

It N. Gregorius Magn. lib. 5.
*Moral. cap. 1. & merito, quippe
sine Deo quid homo? Sacer intra nos spiritus
sedet, dicit Stoicus, Epist. 41.* Sed quam longè
ab illo Saer, de quo gloriatur! Nos tantam
primitias spiritus habemus: & sacer intra nos
sedet spiritus veritatis, minimè superstitionis.
Illius enim iudicium est, *Epist. 124. Superstitione
error insanus est, amandus timet: quos col-
lit, violat. Quid enim interest, utrum Deos
neges, an infames? Negas igitur dum infamas,
plaudendo violas, in animo arroganti & su-
persticioso sacer spiritus, error proculdubio
insanus, Qui enim secundum carnem sunt,
quæ carnis sunt sapient: qui verò secundum*

*spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt. Sa-
pientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei
non est subiecta; nec enim potest.* Hæc Pau-
lus. Hæc ratio: nequaquam coeunt for-
ma legis, & audacia transgressionis. In ipso
vivimus, movemur, & sumus. In primo ex-
primitur *Esse*: in secundo verbo, *Vivere*: in
tertio denique *Intelligere*; quodquidem in-
signe hominis: ac dicitur appositè à Paulo, in
Deo esse nostrum *Esse, Vita, & Intellectus*:
quia sine Deo nec vivit, nec intelligit, nec est
homo. Triâ hæc breviter exponenda: primum
modò, secundum *Didasc. 17.* tertium *Di-
dasc. 19.*

Act. 17
28.
Sine Deo
nec est,
nec vi-
vit, nec
intelli-
git homi-
mo.

Geni. 2.
7.

Non est
homo si-
ne Deo
spiracu-
lo.

Psal. 78
29.
Lorin.

Merc.
Trism.
Homo
hominis
imagina-
tionis.

*Formavit igitur Dominus Deus hominem
de limo terra (perpende) & inspiravit in spi-
ritum eius spiraculum vitæ, & factus est homo
in animam viventem.* Si Deus formavit ho-
minem, homo non factus? Cur ergo post di-
citur, *Factus est homo*? Si dudum formavit,
nonne fecit? Haudquaquam portò fecit, dum
formavit. Formavit speciem hominis: & non
est homo, qui tantam habet speciem. *Inspi-
ravit spiraculum vitæ, & factus est homo*: spi-
raculum vitæ hominis, est mystice Spiritus
Sanctus: & tunc dicitur factus formatus ho-
mo; quia non est homo sine Dei spiraculo.

2 De peccatoribus sic Davidicus zelus:
Imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Quos
enim vocat imaginem? Homines. Vide Lo-
rorinum hic. Homines imagines hominum?
Quia homo in imagine pertransit, & brevè
vivit tempore, dicitur à Mercurio Trimegisto
cap. 15. non homo, sed hominis imaginatio.
Imaginationes (ait) *hæc dicere deest, & fili!*
*Imaginationes: siquidem hominem rectè enan-
ciamus imaginationem: ac puerum pueri ima-
ginationem: virum viri imaginationem: so-
nem sentis imaginationem: nam homo non est
homo, neque puer puer, neque adolescens adoles-
cens, neque senex senex, neque vir vir, quæ enim
mutantur, mentiuntur, & quæ iam fuerunt, &
quæ sunt. Ecce imaginatio hominis dicitur
homo, sed non hominis imago: quo pacto
erant homines tantum imagines? Homines
sunt, cum conformantur naturæ facultati-
bus, ac rationis insitit in conditione functio-
nibus: & dum abstrit à natura; qui homines,
non erunt, sed hominum simulachra.*

Perpende operationes, quibus naturæ
cognoscitur. *Operi iniquitate & impietate,*
nunquam respiciunt, quia non est respectus
morti: imò pacem habent, quasi operarentur
optimè. *In labore hominum non sunt: ideo te-
nuit eos superbia.* Fortunis crevit audacia.
*Abundantes in sæculo obtinuerunt divitias; &
illos fascinavit summa prosperitas.* Glomera-
tis circumdatus, posuerunt in casum os suum.
Deum

David
ubi sup.